Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Theses juris controversi inaugurales

https://hdl.handle.net/1874/295250

THESES JURIS CONTROVERSI INAUGURALES.

QUAS

FAVENTE DEO TER OPT MAX.

Ex Auctoritate RECTORIS MAGNIFICI

ALEXANDRI PETRI NAHUYS

A. L. M. Phil. & Med. Doct. atque
Profeſſoris Ordinarii,

NEC NON

Ampliſſimi SENATUS ACADEMICI *conſenſu*, *et*
Nobiliſſimæ FACULTATIS JURIDICAE *decreto*,

PRO GRADU DOCTORATUS

Summisque in UTROQUE JURE Honoribus &
Privilegiis rite ac legitime conſequendis,

defendet

WILLEM KOYMAN,

BURENSIS.

Ad diem XXIV. *Junii* MDCCLXXX. *H. L. Q. S.*

TRAIECTI AD RHENUM,
Ex officina ABRAHAMI VAN PADDENBURG,
ACADEMIAE TYPOGRAPHI, MDCCLXXX.

PATRI OPTIMO,

INDULGENTISSIMO,

ADRIANO KOYMAN,

CIVITATIS BURANÆ SCHULTETO, ET COLLEGIO COMMISSARIORUM COMITATUS BURANI ADSCRIPTO,

TRIBUNALIS DEYLANI SCABINO. CET.

S.

THESES JURIS CONTROVERSI INAUGURALES.

I.

Sub generali hypotheca *omnium bonorum* continentur etiam incorporalia, ut nomina.

II.

Sin vero *mobilium & immobilium* mentio fuerit facta, non continentur incorporalia.

III.

Effectus generalis hypothecæ præcipuus ille eſt, quod creditori jus in rebus debitoris conſtituat.

IV.

Debitor itaque rem alienare nequit, niſi ſalvo jure pignoris, & cum onere ſuo.

V.

Pignus ſemper requirit obligationem principalem, cui firmandæ accedat.

VI.

Pignori & hypothecæ ille obligare poteſt, qui directum, vel utile dominium rei habet.

VII.

Pignori adjici poſſunt varia pacta, conventioni modum & formam dantia.

VIII.

Qui in novum ædificium extruendum, aut in refectionem navis, pecuniam credidit, non gaudet tacitæ hypothecæ jure.

IX.

Invecta & illata in prædium ruſticum tacito pignore non tenentur.

X.

Quod emptionem venditionemque recipit, etiam recipit pignorationem.

XII.

Res alienæ pignori obligari non poſſunt, niſi Dominus, vel expreſſe, vel tacite, conſenſerit, vel ratum habuerit.

XII.

Uſuræ, ſi modum non excedant, & divino & naturali, & civili jure, licitæ ſunt.

XIII.

Periculum rei venditæ necdum traditæ pertinet ad emptorem.

XIV.

Feræ in fundo alieno captæ cedunt occupanti.

XV.

Conſobrinorum nuptiæ jure civili ſunt licitæ.

XVI.

Bona fide juſtoque titulo rem ſingularem poſſidens omnes fructus percipiendo facit ſuos, tam naturales quam induſtriales.

XVII.

Rei legatum, cujus commercium non habet legatarius, eſt ipſo jure nullum.

XVIII.

Condictio furtiva datur adverſus furis heredes in ſolidum, quamvis nihil ex re furtiva ad illos pervenerit.

XIX.

Legatariis, verbis tantum conjunctis, non competit jus accreſcendi.

XX.

Præſides Provinciarum non habuerunt jus deportandi, niſi ſpecialiter illis conceſſum ſit.

XXI.

Teſtator cautionem fructuariam remittere nequit.

XXII.

Ratihabitio patris nuptias filiifamilias retro non reddit legitimas.

XXIII.

Pacta contractibus ſtricti juris adjecta non inſunt ex parte actoris.

XXIV.

Mulier Senatus Conſulto Vellejano quavis in cauſa renuntiare nequit.

XXV.

Cum unius ejusdemque debiti plura Chirographa apud debitorem ſunt, redditione unius debitum in dubio non cenſetur remiſſum.

XXVI.

Quarta Divi Pii eſt quarta omnium bonorum.

XXVII.

Tutor ob latam culpam qua talem remotus non fit infamis.

XXVIII.

Filiusfamilias de bonis adventitiis plenis jus teſtandi non habet.

XXIX.

Pater in teſtamento filiifamilias, de bonis caſtrenſibus teſtantis, teſtis eſſe poteſt.

XXX.

Pater filio exheredato recte dat tutorem.

TANTUM.